



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCLVII. Bischof Dietrich verwendet sich bei einem Kardinal für die Erhebung des Johann Wupelitz zum Bischofe in Havelberg, im Jahre 1385.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

vestre ecclesie Havelb. capituli benigne tergendendo lacrimas, deprecantes ne per regimina peregrina eadem ecclesia sicut cetera multe prout experientia docet, tribulationibus et angustiis subiciatur quotidianis. Datum XV die mensis Augusti meo sub sigillo.

Humilis vestra creatura, Theodoricus, Brand. ecclesie episcopus, sanctitatis vestre pedum oscula beatorum.

Nach einer Copie im ältern Copiaro. (Das Original fehlt.)

CCCLVII. Bischof Dietrich verwendet sich bei einem Cardinal für die Erhebung des Johann Wupelisz zum Bischofe in Havelberg, im Jahre 1385.

Cum humillima recommendacione se ipsum. Venerabilis pater et domine graciosse. Quia Capitulum Ecclesie Havelbergenfis viduate in suum et Ecclesie ipsius pastorem unanimiter et concorditer Magistrum Johannem Wupelizen parisiensem uirum prouidum et litterature sufficientis de gremio Ecclesie elegit, cuius prouidentia tam defunctus eandem Ecclesiam in medio nationis pernerse constitutam in spiritualibus et temporalibus multum prouide gubernauit et prouidentius adiutore deo gubernari per se ipsum in dubie speratur. Quare paternitati uestre deuote supplicamus, una cum iam dicte Ecclesie capitulo, quatenus intuitu remuneracionis diuine dictam Ecclesiam et eius electum apud Sanctissimum in cristo patrem et Dominum nostrum Dominum Vrbanum Romanum pontificem promotum habere uelit, ut eidem Ecclesie de persona ipsa dignetur misericorditer prouidere. Alioquin intollerabilis ruina per regimina peregrina dicte Ecclesie, sicut experientia in multis Ecclesiis docuit, ut ueretur, poterit euenire. In quo tanquam pius pater dictam Ecclesiam et Electum uestre paternitati tanquam filios honore et reuerentia deuotos obligetis. Datum etc. Vester Theodericus Episcopus Brandenburgensis.

Älteres Copialbuch.

CCCLVIII. Das Domcapitel von Brandenburg versendet Domherrn an fremde Stifte, weil es selbige der mit dem Erzbischofe von Magdeburg bestehende Fehden wegen nicht zu unterhalten vermag, am 15. Aug. 1385.

Deuotas orationes cum humili recommendacione. Venerabiles patres et domini. Vestre uenerabilitati querulose significamus. Quod Reuerendus in cristo pater et dominus noster dominus Albertus Archiepiscopus Magdeburgensis per suos Capitaneos, aduocatos, Vafallos, omagiales et subditos nullis nostris meritis exigentibus nos in nostris et subditorum nostrorum bonis, rebus et corporibus miserabiliter molestari, intollerabiliter damnificari et irrecuperabiliter extenuari permittit et permittit et confilia damna et molestaciones ydem per amplius inferre quam plurimum nituntur adeo quod in Ecclesia Brandenburgensi diuinum cultum propter premissa in uictualibus et ceteris uite necessariis depauperati desolati et extenuati proh dolor respicere simulque commanere nequimus, sed uite necessaria hinc inde dolenter querere compellimur. Propter quod uestre uenerabilitati humiliter et deuote supplicamus, quatenus diuine remuneracionis ac nostrarum orationum intuitu Honorabilem Nicolaum Clyzeke presbiterum nostrum Concanonicum exhibitorem presentium, quem uestre uenerabilitati duximus transmitt-